Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36554
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



91

cognoscentes noncognoscimus quia omnis uter implebitur uino.
Quaequidem iuxta paupertate ingenium eis poterunt interpretari. si prius uim differentias perspexerimus. ut tunc consequentur uirtutem uerum. ee. quod dictum. e. quia omnis uter implebitur uino. siue enim quis bonus. e. uel aloquar mutres. Uter implebitur uino bonitatis suae. siue malus iuxta hoc quod malus. e. malo uino implebitur. Quomodo ergo possumus de scripturis accipere differentias uim. supmalo uino ista conscriptas sunt. De uinea sodomorum. De gomorra. uua eorum uua fellis. botri amaritudinis eis. Uenenum draconum uinum eorum. & uirus aspidum insanabile. De bono autem haec dicuntur calix tuus inebrians quam praeclarus. & sapientia conuocat ad creatorem suum dicens. Uenite manducate panes meos. & bibite uinum quod miscui uobis. Esto ergo uinum de sodomis. & e. uinum quod sapientia miscuit. rursumq: uinea facta. e. dilecto in cornu in loco ubi plantato quae uocatur uinea sorech. Electa quaedam inter omnes uineas mirabilis. Et ita autem alia uinea aegiptiorum quam percutit secundum id quod scriptum. e. Percussit in grandine uineas eorum. & ficos eorum in gelu. Consideremus ergo omnes homines figuraliter capaces. ee. uini. Nec aliud eis possumus nomen inponere quia capaces uinis sunt quam utrem dicere. quia nequam homo plenus sit uino de uinea sodomorum & aegiptiorum plenus sit uino inimicorum isrl. Si uero & israel uinum fuerit: proficit plenus sit uino de uinea sorech. Uino de quo scriptum. e. Calix tuus inebrians quam praeclarus. e. uinum quod miscuit sapientia. & haec quidem intellecta mihi sint secundum nequitiam. atq: uirtutem. ut agnoscamus. quomodo omnis uter inplebitur uino. si autem nequitia siue uirtute: inplentur utres. Consequens. e. ut supplicii inpleantur ob nequitiam. benedictionib: ob uirtutem. exhibeant sacrificia testes testimonium. quo pacto